



S. CASTVS M.  
Epüs ei Pröns Primitis Caluens.  
Illusiriss. et Reuer. Dño  
Dño D. Vincentio de  
Canonicet Clerus Caluens. D.D.D.

S. CASSIVS M.  
Epüs Sinuerr. Proris Caluens.  
nostro Colendissimo  
Sylua Epispo Caluens.  
Andrea Magliaro sculp.

DE CVLT V  
ANTIQVO, ET RECENTI  
SANCTORVM MARTYRVM  
Casti Episcopi Caluenfis, & Cassij  
Episcopi Sinueffani,  
ENARRATIO.

*Ad Illuſtriss. & Reuer. Dominum*  
*D. VINCENTIVM DE STYVA*  
*Episcopum Caluenfem.*

REV. D. IOSEPHI CERBONE S.T.D.  
Prothonotarij Apostolici, & eiusdem Illuſtrissimi, & Reuerendiss. Dom. Episcopi  
Theologi, suæq; Caluenf. Curia  
Examinatoris Synodalis.



NEAP. Apud Franciscum Mollo 1683  
Superiorum Permissu.



ME      ME      NE  
ILLVSTR. ET REV. DOM.



B laboriosum, & per-  
difficile meis hu-  
meris à te imposi-  
tum onus, Illustris-  
fime Domine, gra-  
uissimum etiam  
pondus me velut Atlantem Cœ-  
lum sustentantem defatigatū præ-  
meret, nisi & veluti Atlanti defes-  
so Alcidis ad instar , oneri se sup-  
ponerent Beatissimi Præfules Ca-  
stus, & Cassius ipsi, quorum vitam,  
& gloriosam pro Christi mortem  
describendi, mandatis tuis obtem-  
perans suscepi Prouinciam , ad ip-  
pos inquam , cum me viderem de-  
perditum, peculiari affectu confu-

A 2      gere

gete ab initio in animum induxi,  
& sub eorum præsidio acta glorio-  
fa eorumdem inuestigare cepi, nec  
me decepit industria, nā ipsi quo-  
rum vires ita fortissimæ semper  
fuerunt, vt priscis illis temporibus  
primeuæ Ecclesiæ, & Christianæ  
Fidei, ad Heraclium veluti lapi-  
dem (vt dicitur) probatæ, & ex-  
aminatæ igne, plumbo, lapidibus,  
alijsq; martyrij varijs, & exquisitis  
generibus, meritò tanquam Eccle-  
siæ Catholicæ Duces, & Prælules  
virtutibus, & exemplis fortissi-  
mos, ac inexpugnabiles compro-  
barunt; mihi astiterunt, & lumen  
è tenebris, memoriam ab obliuio-  
ne copiosè dederunt, ita nimirum,  
vt ad lucem euocauerim eorum  
acta principaliora; Tempus, quo  
vixerunt, locos quibus præfuerūt,  
& Cultum antiquitus eis præsti-  
tum ab Ecclesia, & à priscis illis  
Cam-

Campaniæ fidelibus i Haud tibi  
latet, Illustrissime Domine, caligo,  
& ignorantia, qua sub initio in-  
gressus tui ad regimen Pastorale  
Ciuitatis, & Dioecesis Caluensis  
grassabatur, nedum Populus ve-  
rum, & Clerus, è cuius ore Reliqui  
de Grege scientiam requirere ha-  
bent, circa acta, venerationem, &  
cultum SS. Patronorum Casti, &  
Cassij, & vix quid nominis eis in-  
notescebat, de cetero enim cū mul-  
tos hiscè nominibus Casti, & Cas-  
sij Martyres insignitos in Roma-  
no legerent Martyrologio, ex cō-  
fusione, & varietate ipsorum ve-  
lut Athenienses Aram coabant  
ignoto Deo dicatam, Tu verò vix  
è Policastri sede, quā zelo Ecclesias-  
ticæ immunitatis, ac cæteris Præ-  
sulatus tui innumeris virtutibus  
decorasti, ad hanc Caluensem Ec-  
clesiam ab Innocentio XI. Summo  
Pon-

*Ad. Apost.  
c. 17. 2. 23.*

Pótifice, qui meritò zelus tui benè  
perpendit, euocatus, in Pastoralis  
regminis exordio, totum erogasti  
studium, vt identitatem Sancti  
Casti principalis Patroni, & tute-  
laris totius Caluensis Diœcesis in-  
uestigares, & ea inuenta alter Pau-  
*Act. Apost. lus Aram, Templumque, quæ ve-*  
*c. 17. v. 23. luti ignoto Diuo Patrono Cales*  
extabant dicata, ac insignem eius  
Sacram Reliquiam à Caluensibus  
veneratam, ostédisti esse Diui Ca-  
sti eiusdem Caluensis Ecclesię pri-  
mi Pastoris, ipsumq; venerari spe-  
ciali cultu, & ritu, sicut antiquitus  
fiebat, synodalibus sanctionibus  
decreuisti, mihiique tuo etsi imme-  
rito Theologo maiora, pluraque  
Sanctorum Protectorum acta, &  
monumenta colligenda deman-  
dasti, eaque explorata, & in vnum  
collecta, ne amplius auderet anti-  
quitas corum delere memoriam,  
im-

impressioni danda iussisti. Scis  
enim, quod Typis secundum  
Clementem Alexandrinum medi-  
camētum est obliuionis; Laborauī,  
Illustrissime Domine, in multas,  
variasq; Sanctorum historias, tūm  
Campaniæ, tūm totius Neapolii.  
tani Regni perlustrando, plerasq;  
huius Partenopeæ Ciuitatis, insi-  
gnes Bibliothecas peruvolui, sed  
semper Scriptorum, qui de nostris  
Sanctis scripserint, industriam de-  
siderauī, ac eorum inopiam deplo-  
raui; tandem meis humeris impa-  
rem Prouinciam tuo nutu susce-  
ptam Diuis ipsis adiuuantibus ad  
optatam, et si non totalem volun-  
tam perduxī, cuius argumentum  
quin potius apparatum, desiderio  
tuo occurrere quam citius volens,  
veluti Arram totius historiæ, qua  
vernacula lingua quamprimum,  
si Deus dederit, in lucem prodiet;

pro.

propono, & Illustrissimę Domina-  
tioni tuae humillimè dedico . Pla-  
tonicum seruaui pręceptum, nimi-  
rum breuitati studens, & nihil ve-  
ri subterfugiens; idèòq; qualecum-  
que sit hic historialis apparatus,  
dum in lucem prodit non est du-  
bium, quin tibi prudentissimi Cō-  
silij auctori , velut æternum grati  
in te animi monumentum debea-  
tur , tuoq; nomini immortali con-  
secretur , Tibi nimirum , ne dum  
loci, & Curæ Pastoralis , sed virtu-  
tum etiam meritissimo Diui Casti  
in Caluensi Ecclesia successori ,  
Tibi , qui nobilitatem generis tui  
præclaribus moribus illustras, & à  
maioribus, nec iota vnum degene-  
ras. Tuique Illustrissimi Prædica-  
torum Ordinis claritatem, doctri-  
na, eruditione, ac exemplis propa-  
garis. Tibi, qui Episcopale zelum,  
gloriosis operibus , tūm in Eccle-  
sia.

fiaistica immunitate conservanda,  
tum in Animarum spirituali cu-  
ra , quale esse in Præfulibus de-  
beat, ostendis . Certus igitur de  
tua singulari humanitate , & con-  
spicua benignitate; de quibus, ma-  
ximum habeo experimentum ,  
humilibus quantum possum pre-  
cibus te rogo , vt enarrationem  
istam breui stylo , & non perpo-  
lito, aut eleganti exornatam , sed  
humilem, facilem, ac veritati con-  
sonam , sub tuæ Illustrissimæ Do-  
minationis nomine defendēdam,  
ac tuendam suscipias , ne dum pro  
mei exigui laboris indemnitate ,  
verùm & pro Sanctorum Patro-  
norum gloria , tuæque Ecclesiæ  
splédore , sic opto sic spero, sic tua  
mihi pollicetur maxima humani-  
tas. Intereà Te diù mihi , Gregiq;  
Calvensi Deus seruet incolumem ,  
vt. maiora , & præclara multa ,

B           quæ

quæ in tam breui Præfulatus tui  
spatio inchoasti, ad Dei gloriam,  
& Animarum tibi commissarum  
utilitatem felicissimè absoluas.  
Neap.die 18.mensis Martij 1683.

Dominationis tuæ Illuſtrifs.  
& Reuerendiſs.

Humillimus,& addicſiſſ. Seruus  
*JOSEPH CERBONE.*

## AD LECTOREM.

**H**abes, Amice Lector, in hoc opusculo de Cultu SS. Martyrum Casti, & Cassij Episcoporum, per breuem enarrationem, facili, ex ilique stylo conscriptam, quam mihi elucubrami, ut veluti argumentum quoddam, & Apparatus deseruiret ad Historiam Vita, & Passionis eorumdem SS. Martyrum, quam nuper iussu Illustrissimi, & Reverendissimi Domini mei Episcopi Caluensis describendam suscepi, & Deo dante, quam citius, prout varia, multaq; mea occupationes dabunt in lucem, prodiet. Libeat quofo Pietati tua deuotionem potius erga Sanctos, è lectione huiusque opella exaurire, ac ut decet bonum, Piumq; Christianum cordi tuo eam imprimere, quam Aristarei, & Momi subire officium; etenim palam in exordio enarrationis istius tibi protestor, quod insufficien.

cientia mea splendidi dicendi generis  
usum non habet, ac proinde mirum non  
est si opella hæc huiusmodi ostentatione  
careat; Caterum hoc unum vellam ut sci-  
res, quod fucō verborum virtutes ipse,  
Et Cultus Sanctorum, ut plurimum  
oscurantur potius, quam in luce collorā-  
tur; quin immò videtur in eleganti stylo  
magis Author ipse operis commendari,  
quam virtus per eum descripta; ideoque  
fas esse existimauit in rebus; bisce sacris  
elucubrandis, pictores aliquos imitari,  
qui colorum nitore contempto, naturam  
solummodo emulari, Et historiæ verita-  
tem exprimere meditantur, in hoc itidem  
mihi bene complacui; si tibi non arridet,  
nihil perdidii, pro te enim, Et ad te non  
scripsi, sed ad Illusterrimum, Et Reue-  
rendissimum Dominum meum Episcopum  
Caluensem, qui, certò scio, quod pro  
sua nimia benignitate, omnia bono, equo-  
que anima suscipiet. Si forsitan arridet,  
dagloriam Deo; Et scias me tantum non  
per-

pertinaciter oblatrantiū ora, qua nemini  
quantumvis sapienti Scriptori parcere  
consuerunt, quod renam exiguam banā  
meam lucubrationem in lucem prodire:  
etenim de huiusmodi detractionibus ni-  
bil viro prudenti curandum semper cen-  
sui, & illud Diui Augustini in mentem  
habeo, qui Garrientium maledicta floc-  
cipendens, sic dixit: Nec trepidus  
ero ad proferendam sententiam  
meam, in qua magis amabo iſpici  
à rectis, quam timebo morderi à  
peruersis: gratanter enim suscipit  
oculum columbinum pulcherri-  
ma, & modestissima Charitas, den-  
tem autem caninum, vel euitat  
cautissima humilitas, vel retundit  
solidissima veritas; magisq; opta-  
bo à quolibet repræhendi, quam  
ſiuè aberrante, ſiuè adulanti lau-  
dari: nullus enim repræhensor  
formidandus est amatori verita-  
tis. Emendabit ergò me Iustus in  
mi.

Liber 2. de  
Trinit.

misericordia, & arguet me; oleum  
autem peccatoris non impingua-  
bit caput meum. *De reliquo, siue tibi*  
*arrideat, siue non; commendate Sanctis*  
*ipsis, ac pro me illos exora, Ego Vale.*



Supra-

*Sapradictum Opusculum P. Ioseph Mendoza  
Congreg. Priorum Operiorum reuid eat.*

**S. MENATTVS VIC. GEN.**

*Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Emin.  
Potest imprimi.*

*D. Ioseph Mendoza.*

**Imprimatur.**

**S. MENATTVS VIC. GEN.**

*Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentiss.*

---

*Eccellenfissimo Signore.*

**F**rancisco Mollo stampatore supplicando  
espone à V.E. come desidera stampare li-  
sequenti libri, intitolati, cioè:

*De cultu antiquo, & recenti Sanctorum Mar-  
tyrum Casti Episcopi Caluensis, & Cassii Epi-  
scopi Sinuensis enarratio, ad Illustriss. & Re-  
uerendiss. Dom. Vincentium de Sylua Episcopū  
Caluensem. R.D. Iosephi Cerbone S.T.D. &c.*

*Vita, e passione dellli Gloriosi Martiri S. Casto  
Vescovo di Calvi, e S. Cassio Vescovo di Sinues-  
sa, descritta dal Dott. D. Giuseppe Cerbone, &c.*

Per tanto supplica V. E. degnarsi concederli la  
Regia licenza, e l'hauerà à gratia, ut Deus.

*Mag. Doctor Blasius Altimare videat, &  
in scriptis referat.*

**CARRILLO R. CALA' R. SORIA R.**

**Pro-**

Prouisum per S.E. Neap. die 10. Febr. 1683.  
*Mastellonus.*

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

**V**T mandatis Tuis obtemperarem, maiori, qua  
potui vigilantia, legi libellos duos, vnum:  
De Cultu Antiquo, & Recentibus Sanctorum Marty-  
rum Casti Episcopi Caluensis, & Cassij Episcopi  
Sinueffani; Alterum: Vita, & Passione dellii Glo-  
riosi Martiri S.Casto Vescouo di Calui, e S.Cassio  
Vescouo di Sinueffa, ambos descriptos per Reuer.  
Doctorem D.Ioseph Cerbone, plenos vtilibus, &  
Christianis documentis, eruditos, & ab obseura-  
antiquitate felicitè euulos, & nihil Regali Iuris-  
dictioni aduersantes, vnde imprimi posse, & deberi  
censeo si Excellentiaz Tuæ videbitur, cui Nesto-  
reos annos, & summam felicitatem deprecor. Kal.  
Martij M.DC.LXXXIII.

Excellentiaz Tuæ


Humillimus Seruus  
*Blasius Altimarus.*

Visa supradicta relatione Imprimatur, & in publi-  
catione seruetur Regia Pragmatica.

CARRILLO R. CALA'R. SORIA R.

Prouisum per S.E. Neap. die 4. Martij 1683.  
*Mastellonus.*

DE



DE CVLTV ANTIQVO,  
ET RECENTI SS. MARTYRVM  
CASTI EPISCOPI CALVENSIS,

B T

CASSII EPISCOPI SINVESSANI.



INTER Felicis Campaniæ  
Diceceſes non mediocri  
cum nomine ſuum extol-  
lit Caput Caluensis Vebs,  
à Vetusſis Cales nuncu-  
pata , millaria quinque à  
celebri Vulturno diſiūcta.

Que famosa quidem priscis illis temporibus ſe  
præbuit , cum Romanorum insignis Colonia

C exti-

2. *De Cultu Antiquo, & Recenti*

exitit, sed post Christi Domini aduentum nobilior illa redditus fuit tūm ob fidem, quām à Sancto Petro Apostolorum Principe accepit, tūm à Sanctis Episcopis, ac Martyrio laureatis Casto, & Cassio, ibi ut Patroni, Protectoresq; venerati. Quorum Festum magna cum religione, ac præclaritate die vigesima secunda mensis Maij, à Fidelibus non solum de Diœcesi, verum etiam Finitimis celebratur.

Ex æuo in Cathedrali eiusdem Ciuitatis, Divi Casti brachium in argenteum vas recte constructum, expolitumque seruatur, eademq; suæ festivitatis die processionaliter à prædicta noua Cathedrali titulo nostræ Dominæ in Celum Assumptæ decorata in veterem asportatur, quæ Sancti Casti nomine insignitur, & temporis iniuria iam affecta, in disrupta, & inclita Calles videtur. Qui procedendi modus nobilis, deuotusq; redditur ex Presulis interuentu, non solum à Capitulo, cunctisque è Clero Diœcefano comitatì, verùm etiam à laicorum pijs sodalitatibus, pulcherrimoque Conterraneorum agmine, timpanis, tubisq; canentium, Missisq; ignes gaudenti animo emittentium. Inter ceteros autem, qui ex Finitimis ad hunc celebrant-

brandum Festum concurrunt, præcipui sunt ex Petramelariæ Oppido; hi enim ex peculiari officio, & vetusto vsu, seū ut aiunt priuilegio militum ad instar agmen ex conterraneis congregant, quibus Dux præst, cæteriq; bellici Officiales cum militaribus insignijs adstant, & ad venerandam custodiendamq; Sancti Patro- ni Sacram Reliquiam ad Caluensem Ciuitatem hac die accedunt, & eam dum processionaliter ab vna, ad alteram antiquam Cathedralem asportatur cum letitiæ signis comitan- tur; eamq; ob rem, *Sindicus, Elec̄t̄iq; Viri Ci- uitatis Cales*, specialibus benevolentiæ signis, Petramelariæ populum ea die afficiunt.

Primicerius autem ex Canonicis, peruento Episcopo, Capitulo, & toto Clero in dictum Diui Casti vetus Domum ijsdem assistentibus solemne dicit Sacrum, necnon Dioecesana Synodus conficitur, & à Clero, Illustrissimo, & Reuerendissimo Antistiti obedientia præsta- tur, prout ex æuo usque adhuc viridis floret obseruantia.

Quarum solemnitatum æmula, proxima Soræ Ciuitas, in Diuorum Casti, & Cassij ho- norem eodem ferè modo ac circumstantijs ob-

sequentem suum exprimebat antiquitus annum ; In eius enim Arce , vt refert Michael Monachus in Sanctuario Capuano fol. 507. Ecclesia sita est , & in ea Altare cum imaginibus SS.Casti,& Cassij Mitra, & Baculo Pastorali decoratis , & die vigesima secunda mensis Maij , cuiuslibet anni , illuc procedit Clerus , qui à Præfecto Arcis cum letitiæ signis acceptus , ibi solemnem Missam facit , & ob memoriam præseruatæ Soræ Ciuitatis ab obsidentiū inimicorū insidijs , quibus Sancti visibiliter obstructerunt noctis tempore , supra propinquum montem apparentes , manibus faces habentes , & in quatuor montis lateribus ingens militum numerum distribuentes ; qua visione inimici perterriti , recesserunt , & Sora Ciuitas a eorum insidijs immunis Sanctorum protectione remāsit . Hinc Sorani die 1.Iulij , qua tantum beneficium à Sanctis obtinuerunt solemni itidem , ac publica supplicatione eadem Ecclesiā adiebant , ac SS. Castum , & Cassium ut veros Patriæ Tutelares singulari celebritate venerabantur .

In utraque Dioecesi Caluensis , scilicet , & Soranæ dies festus Sanctorum Casti , & Cassij sub.

sub ritu duplice uti Patronorum celebrabatur ;  
hac tantum inter eas intercedente dissimilitu-  
dine , quod in tota Dioecesi Calvensi die 22.  
Maij, Festum Divi Casti Martyris, suiq; primi  
Præfulis, ac Patroni principalis tantummodo ce-  
lebrabatur cum duplice primæ Classis Officio,  
& Octaua. Infrà verò Octauam Officium Divi  
Cassii Sinuissanæ Ciuitatis Episcopi fiebat sub  
duplicis maioris ritu , ac ut Patronus minus  
Principalis habebatur , sicut in præsentiarum  
quoque habetur , & itidem eodem ritu de eis  
iussit. Illustrissimus , & Reuerendissimus Epi-  
scopus hodiernus agi officium; adhaerens præsc̄  
Kalendarij Calvensis obseruant̄, necnon Ru-  
bricis generalibus Romani Breuiarij , quæ sic  
se habent. [Si occurrat ut Patronus, vel Titulus  
Ecclesiæ descriptus sit eodem die in Kalenda-  
rio cum alijs Sanctis, in ea Ecclesia sit tantum  
de Patrono, vel Titulari, absque commemo-  
ratione aliorum, quod si in dicto Kalendario de-  
scripti sunt sub Officio duplice, vel semiduplici  
transferuntur in primam diem simili officio  
non impeditam, & de eis fiat officium semidu-  
plex ; nisi tamen sint de maioribus festis , quia  
tunc de Translato quoque fiet officium du-  
plex,

## 6. De Cultu Antiquo, & Recenti

plex, ac si propria die celebretur, &c.] quod itidem seruatur in Ecclesia Neapolitana respectu S. Ianuarij Principalis Patroni, & eius Sociorum; de ipso enim agitur propria die 19. Septembris officium primæ classis; de Socijs verò quorum festum transfertur, agitur officium sub ritu duplicis minoris, vt habetur in Breuiario, in ipsorum propria die, cum non sint Patroni; ex eadem autē ratione cū S. Caffius sit Patronus minus Principalis Caluensis Ciuitatis, et si trāsferatur infrā, vel post octauā S. Casti ei congruit officium sub ritu dupl. maioris. In Ciuitate verò Soræ Ambo, vt Patroni minus Principales habebantur, & de eis Officium cū Missa celebrabatur eadem die 22. Maij sub ritu duplici maiori, vt testatur Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Thomas

hodiernus eiusdem Ciuitatis Episcopus, exaratum videri in libro maiori suz Dioceſis, in vna Epistola ad Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum meum D. Vincen- tium de Sylua hodiernū Caluensem Episco- pum, cuius originale penè me est, in quo libro Soranæ Dioceſes veneranda conspicitur anti- quitas, & in eo nunquam Sanctus Castus, à San-

**Sancto Cassio dissociatus scriptus est, & si plures de eis fiat mentio.**

Quod autem SS. Castus, & Cassius sint Patroni Ciuitatis, & Diœcesis Caluensis præter vetustam, & antiquam traditionem, habemus de dicto eorum Patrocinio monumenta plura in libris Sanctæ Visitationis eiusdem Diœcesis confectæ à B.M. Fabij Maranta Caluensis Episcopi de anno 1583: quæ mihi authenticè transcripsit Reuerendus D. Petrus Bouensius eiusdem Caluensis Curiæ Cancellarius, & Sacerdos Terræ Pignatarij, vir eruditione, & pietate conspicuus, ex cuius rescriptis non paucas de his, quas scribo traditiones excepti: Dicti verò libri ex antiquis Caluensis Diœcesis memorijs post diruptam Ciuitatem, & Archiuum Episcopale, & Capitulare dissipatum, tantummodo superfunt, à quibus lucē hodierna Ecclesiastica Economia, tūm Diœcesis prædictæ, tūm Episcopalis mensæ, non paucam recipit; de reliquis verò monumentis, quæ nonnulla apud Scriptores citata inuenio, nec quidem nomen extat apud Caluenses, & Vtinam ex eis superesset, vel vnum, quia in excitanda nostrorum Sanctorum memoria, tām nimio labore non afficeremur.

Le-

### 8 De Cultu Antiquo, & Recenti

Legitur ergò in i. ex libris predictis f. 3. at. vbi de Visitatione agitur Cathedralis: *Altare maius reperitur consecratum, & non indigere Altare portatile, &c.* Habere Conam ante dictum Altare, quæ licet sit cum figura Beatissimæ Virginis Mariæ in medio, & cum Imaginibus ab una parte Sancti Ioannis Baptiste, & ab altera parte Sancti Casti, Patroni dicti Episcopatus, & totius eius Diœcesis, tamen titulus sua predicti Episcopatus est Assumptionis Gloriosissimæ, & Beatissimæ Virginis Mariæ, &c.

In eodem libro fol. 4. vbi agitur de visita-  
tione cuiusdam Cappellæ existentis à parte  
dextera in ingressu ad dictum Episcopatum  
scriptum videtur his præcisissimis verbis: *Dictam  
Cappellam habuisse paramenta particularia pro  
Missis in ea celebrandis sed de consensu quondam  
Reuerendissimi Domini Ioannis Antonij Galli  
tunc de anno . . . . Episcopi Galuenensis fuisse  
vendita, & pretium ex eis peruentum fuisse  
impensum pro complemento impensæ factæ in  
confectione Brachij argentei existentis in dicto  
Episcopatu, ubi est inclusum Brachium Sancti  
Casti Patroni dicti Episcopatus, &c.*

Item fol. 5. dicti libri legitur nimirum: *In  
Arcis*

*SS.MM.Casti,et Cassij Episcoporum.* 9

*Arcis dictæ Sacrificiæ fuit repertum conseruari Reliquiam Brachij glorioſi Martyris Sancti Casti Episcopi, & Patroni dictæ Cathedralis, & totius Diœcesis, cuius festivitatem dixerunt celebrari vigesima secunda mensis Maij cuiuslibet anni, cum magna pompa veneratione, & concursu populorum vicinorum, &c. Et post pauca habetur, quod Episcopus visitator præcipit his verbis nimirum: Fieri quoque mandamus intus dictam Sacrificiam Altare ligneum bene accommodatum, & Reliquiarium etiam lignum foris pictum cum imaginibus ab una parte Sancti Casti, & ab altera S. Cassij Patronorum dictæ Cathedralis Ecclesie, & Diœcis, &c.*

Hæc, & alia monumenta habentur in libro prædicto, & in alijs confectis à sequentibus Episcopis Caluensibus, & in sexcentis propè publicis scripturis authenticis rogatis à legitimis Notariis in dicta Diœcesi, in quibus, Sancti Castus, & Cassius, vt Patroni Caluenses memorantur, quæ consulto amisimus, vt breuitati studeremus: Ista ergo pauca, quæ adduximus ad intentum pro nunc sufficient?

Insuper non leue argumentum de Patroci-

D nio

10 *De Cultu Antiquo, & Recenti*

nio nostri Sancti Casti erga Caluenses , & de  
eorumdem erga Diuum Patronum deuotione  
præfert conspicuum Templum , quod vetu-  
state propè collapsum nomine Sancti Casti in-  
signitum,in dirupta Cales videtur; vbi antiqua  
erat Episcoporum Caluensium sedes , que  
adhuc antiquitate venustra conspicitur eiusdem  
Diui Casti Episcopi , & Martyris imagine , &  
titulo decorata ; veluti etiam in eiusdem ianua  
principaliori itidem Sancti Præsulis,& Patroni  
vetusta figura Pôtiscalibus induita veneratur.

Quæ omnia , Patrocinium Sanctorum Ca-  
sti , & Cassij , erga Ciuitatem , & Dioecesim  
Caluensem antiquum,& vetustum fuisse , clare  
indicant , ita nimirum vt de hac re dubitare  
aefas sit.

Ex Costanti autem firma , & antiquissima  
traditione ad nos peruenit , quod Diuus Ca-  
sus priscæ Cales extitit primus Præsuli . Si-  
nuessæ vero Diuus Cassius. Ambo post innu-  
mera tormentorum genera fortiter propter  
Christum perpessa , tum in Aquabibensi Ciui-  
tate , tum Sinuessæ , vbi vitam consumarunt,  
Martyrij gloriosam laureolam consequuti-  
fuere; Nec dubitare quis queat,nostros Sanctos  
Epi-

Episcopos fuisse, nam pr̄ter allata monumen-  
ta, ne dum scripturarum, sed etiam eorum ve-  
tustissimarum imaginum more Pontificale in-  
dutarum, testatur clarissimè Iulius C̄esar Ca-  
pacius in *Neapolitana historia lib. 2. cap. 18.*  
*fol. 605. ubi de Caieta loquitur.* Ipsos Episco-  
pos fuisse, & adducit Venerabilis Gregorij  
Terracinensis Episcopi testimonium, qui anti-  
quissimus scriptor fuit, vt habet Petrus Dia-  
conus Monacus, & Bibliothecarius Sacri Cas-  
sinensis Archisterij in *lib. de viris Illustribus,*  
*Cassinensibus cap. 32. fol. mibi 79.* qui post alii-  
qua, sic habet de dicto Gregorio: *Scripsit Pas-*  
*sionem Sanctorum Casti, & Cassij, & post alia*  
*subiunxit, Cantus Sanctorum Casti, & Cassij,*  
*& Hymnus eorum.* Ex dicto igitur Gregorio  
rescribit Capacius hæc verba de nostris Sæctis:  
*Hi si quidem ad Episcopatus honorem electi,*  
*incedentes per Ciuitatem, hominem dæmonibus*  
*obfessum orationibus liberarunt, (qui mox ba-*  
*puzatus in Christum, cum plurimi credidit)*  
*Ad Imperatoris Praesidem, qui in Aquabibenſi*  
*Ciuitate cōmorabatur delatis sunt, ibi in igneſ*  
*miffi. At Praeses cæcus factus est, ductusque*  
*ad Apollinis statuam, lumen fruſtrā depreca-*  
D 2 batur,

32 De Cultu Antiquo, & Recenti

batur, quod illicò Sanctorum intercessione accepit, qui tamen ut parem gratiam referret, fustibus eos affixit. Sinuēssam deinde missi: lapi- des, plumbum, & varia tormenta sustulere. Apollinis templum corruens in quod ipsi introducti fuerant, Præsidem, multosq; necauit, Sanctis tantum superstibus, qui tandem ab Idolatri gladio occisi sunt, & à Christianis sepulti Kalendis Iulij. Idemq; patet ex lectionibus, quæ in officio eorum in Capuana Ecclesia antiquitus recitabantur, ut refert Michael Monachus in suo Sanctuario Capuano fol. 505. his verbis, quæ in tertia lectione continentur. Postquam Beatissimi Martyres Castus, & Cassius ad honorem Episcopatus sunt nobiliter sublimati, totis viribus in Dei operæ perseuerantes, sicut luminaria in Cælo, ita fulgebant in munda, ut etiam dæmonibus imperarent, & omnes egritudines curarent, & salutem animabus, Corporibusque præberent, &c.

In quodam verò Kalendario Caluensi ad instar Martyrologij, quod Breuiario antiquissimo Longobardis literis exarato, præponitur, & in Archiuio Canonicorum Caluensium ser- vatur, sic legitur.

Dic

Die 22. Maij, Festivitas gloria Sanctorum  
Martyrum Casti Episcopi Ciuitatis nostræ Cal-  
uensis, & Cassij Episcopi Sinueffani, qui sub  
Nerone Imperatore, ac Messalino Campania  
Prefecto passi sunt. Primum in Aquabibensi  
Ciuitate in ignem coniecti, deinde Sinueffæ ex-  
tra portum lapidati, postmodum Plumbum, &  
varia tormenta substulere, & demum gladio  
percussi vitam Domine consecrarunt.

In eodem Codice titulo de rubricis, legitur  
nimirum literis rubeis scriptum Gothicò si-  
militer charactere.

Die 22. Maij celebratur festivitas Sancti  
Casti Episcopi nostri sub ritu maiori, cum duo-  
decim lectionibus.

Die 23. fit officium Sancti Cassii Episcopi  
Sinueffani, & socij in martyrio cum nostro Sa-  
cto Episcopo Castro sub ritu minori.

In eodem Codice titulo lectionarium, ha-  
bentur hæc verba:

In Feste Sancti Casti Martyris Episcopi  
Caluensis Patroni nostri dicuntur lectiones  
duodecim. Prima Lectio: Hodierna die sole-  
nitatem, &c. Secunda: Non enim tantum, &c.  
Tertia: Postquam Beatissimi Martires Ca-  
stus,

Huius exē-  
plar quoq;  
accepimus  
ex Biblio-  
theca Emi-  
nentissimi,  
Ren. Dom.  
Card. Pau-  
lutij Alter-  
rij.

14 De Cultu Antiquo, & Recenti

stus, & Cassius ad honorem Episcopatus sunt nobiliter sublimati, &c. Quarta: Videntes autem, &c. Quinta: Tunc Imperator, &c. Sexta: Cum autem, &c. Septima: Ad hæc verba, &c. Octaua: Præses vero, &c. Nona: Venientes autem, &c. Decima: Et postquam, &c. Undecima: Cum hæc dixissent, &c. Duodecima: Dū autem introissent, &c. ut in Breuiario nostræ Ecclesie Caluensis.

Insuper ad usque nostra tempora Sanctus Castus indubitanter habetur primus Episcopus Caluensis, & firmiter à Diœcesanis creditur, & ut talis in uno Edictorum Synodalium de anno 1586. scribitur, & nuncupatur ab Illusterrimo, & Reuerendissimo Domino Fabio Maranta Caluensi Antistite viro fama nota, tūm ob eius celebratam doctrinam, & eruditionem sacrarum historiarum, tūm ob morigeratam vitam, & animarum salutis zelum, qui semper cum laude à Caluensibus memoratur. In libro enim Sanctæ Visitationis suæ Cœtitatis, & Diœcesis existenti in Archiuio Caluensis Curiæ in fol. 146. hæc verba leguntur, ex vernacula in latinam linguam per me conuersa. *Nos Fabius Maranta Dei gratia, Sanctus &c.*

SS. M. M. Casti, et Cassij Episcoporum. 15

Etæque Sedis Apostolicæ, Caluenſis Episcopus,  
et c. Cum teneantur tam ex iurium diſpofitione,  
quam ex tempore immemorabili Archipre-  
ſbyteri, et c. Curati, Rectores, Cappellani, alieq;  
Ecclesiastice personæ Diaconis coram nobis fe-  
præſentari, ac proceſſionaliter die vigesimase-  
cunda Maij Diui Casti eiusdem Ciuitatis Epi-  
ſcopi, ac Prætectoris Reliquiam comitari, et c.  
Qua de re, et c.

In Ara tandem principaliori Cathedralis  
Caluenſis in Icona maiori, noſtræ Dominiæ in  
Cœlum Aſſumptæ, Imago eſt, à dextris cuius,  
illa Diui Ioannis Baptiſtæ, & à ſinistris noſtri  
Sancti Casti Epifcopi Pontificalibus græco  
more induti, & ſub illa ſequens Disticon le-  
gitur:

*Nate Patris ſummi, deiectos erige Cales,  
Virgo faue, Baptiſte faue, tuq; optimus Caſte.*

*Capua 22. Maij 1416.*

Quæ omnia accepimus ex authenticis mo-  
numentis ſupramemorati Sacerdotis Reuer.  
D. Petri Bouenſis Notarii Apoſtolici, & Cu-  
riæ Epifcopalis Caluenſis Cancellarij, cuius  
industriae me iterum ſcribo non parum debe-  
re, ex eius enim tum priuatis, tum publicis eru-  
di-

16 *De Caltu Antiquo, & Recentiori*  
ditionibus, elucubrations meæ in hoc opusculo  
haud paucæ congestæ sunt.

Quæ si benè perpendatur nō dubitabit quilibet eruditus afferere cum Caluenisibus S. Castum fuisse eorum primum Episcopum, & Pastorem à Diuo Petro Apostolorum Principe eis datum, dum ex Antiochia per Campaniam transiens, Romam petijt; in quo itinere ut habetur ex monumentis plurium Scriptorum, cæteris quoque Campaniæ Ciuitatibus illo tempore famosis, Pastores, & Episcopos posuit, nimirum Neapoli S. Asprenum, Capuæ S. Priscum, vnum ex 72. discipulis Domini. Puteolis S. Patrobam, &c. Cū ergò Cales Ciuitas tūc temporis erat Populo numerosa, ità nimirum ut viginti duo millia familias contineret, ac ut Romanorum Colonia famosa, non mihi facile persuaderem, quod Princeps Apostolorum eā non visitauerit, & Fidei crudimentis minimè erudierit, ac de Pastore non curauerit prouidere; Tantò magis, quod alijs Ciuitatibus minus famosis euangelizauit, & Fidei Christianæ lumen dedit, nec Cales Ciuitas, multum ab Appia Via, qua iter Apostolus tendebat, distans erat.

Quod

Quod si dicat quis. Etsi SS. Castus, & Cassius, pro certo haberi possit, quod Episcopi fuissent, dum hoc ab Historiographis scribitur; non tamen dicere liquet, quod S. Castus præfuit Caluensi Ecclesiæ, & S. Cassius Sinuesanæ: etenim licet esse potuerit; quod de facto fuerit, penitus non legitur, nec prudenter arbitraretur rem tam memorabilem, è Calamo tot Campaniæ Scriptorum lapsam esse.

Sed pace sua, quisquis est, hæc vocitans, dicat mihi quælo, valet ne hoc argumentum? De cura pastorali S. Casti, in Caluensi Ecclesia, desideratur Scriptorum testimonium, ergo S. Castus Cales Episcopus non fuit, si hæc consequentia fas non est deducere ex tali antecedenti, nec licebit prorsus asserere, quod S. Castus Caluensis Episcopus non extitit; Verum si in dubium id reuocare voluerit, adducam præter citata testimonia manuscripta authentica omni fide digna, traditiones antiquas, & vulgaritas, & ab Episcopis Caluensibus per plura fascula approbatas, & continent iam serie tot Illustrium Virorum, qui Caluensem Ecclesiam rexerunt diuulgatas publicis edictis, & synodalibus constitutionibus. Quique si de Episco-

E pali

pali cura S. Casti in eorum Caluenſi Ecclesiā dubitassent, certò talem errorem in hac re minimè admisiſſent, & in mōnumentis Ecclesiasticis publicis, non permisſent scribi per eorum Notarios, & Cancellarios, immò ab ore Populorum omni conatu eliminare studiſſent. Cum ergò tam costans, & firma traditio ad nos per tot ſecula trāſmiffa, viridis floreat; nec in dubium reuocare ullo tempore, quis unquam ausus est; dicendum erit, quod absque temeritatis nota, non audebit Neotericus illam perturbare. Sufficiat igitur ad firmandum cor ſincerum, ne hesitare amplius de cætero valeat circa curam Pastoralem S. Casti in Caluenſi Ecclesiā, vel hōc vnum inter alia, que adduximus authentica testimonia, nemirum illud exemplatum ex præallato Codice Gothicis literis exarato, qui Caluense inscribitur Kalendarium.

Nec mirum ſi Scriptorum industria, & teſtimonium typis impressum de hac re non exſet; nam Cales ut Historiarum erudit̄ ſciunt, pluries paſſa eſt deſtructioñes, & exitium; ita ut non ſemel ſed biſ, & ter à fundamentoſis euera legatur, apud Campanię Historicos; quamobrem

brem nedum virtis illiustrioribus Patriis, & eruditis orbata fuit, verum etiam publicis monumentis, tūm marmore, tūm paginis exaratis. Vnde cum ex antiqua sua nobilitate, ac prosperitate propter præmissas eueriones iam declinauerit; humiliiter ne dum temporibus nostris, verū quoque post pauca sæcula Christianę Fidei, actum est de ea. Ita nimirum ut deficientibus Ciuiibus naturalibus, qui Patriæ priscam gloriam ad posteros reſcriberēt Exteri Scriptores designati fuerint de ea, vel exiguum sermonem habere, cum in cæteras Campaniæ actuali gloria, & fama notas Ciuitates describendas calamum superbè implicauerint.

Insuper velim quis dicat, monumenta, quæ requirit, vel exarata antiquo calamo exposcit, vel typis impressa, vel marmore commendata. Si calamo scripta, ecce authenticè ei superiorius dedi ex officio, & Kalendario Caluenſi antiquissimis Gothicis literis exarata, & continuata traditione, publicisque tūm Ecclesiasticis, tūm alijs publicis scripturis idem assertibus confirmata. Quæ quidem antiquissimo caractere de hac monumēta, per plura, & absq; numero coram prætulisse; nisi populus tem-

E 2 pore

20 *De Cultu Antiquo, & Recenti*

pore præteriorum reuolutionum plebis Neap.  
Regni de anno 1647. malè affectus Illustrissi-  
mo, & Reuerendissimo Domino b.m. Ianua-  
rio Philamarino tunc Caluensi Episcopo, qui  
partes Regis nostri Hispani semper inuidi pe-  
culiari affectu prosequebatur, iniusta rabiæ im-  
pulsus populari impetu eius Episcopale pala-  
tium obsidens, inuasit, & inter cætera bona,  
quæ occupauit; igne non comburisset Ar-  
cas duas diuersorum librorum antiquorum, &  
variarum scripturarum vetustissimi charæ-  
cis continentium, præcas Caluensis Ecclesiæ  
memorias, quas ex reliquijs nouissimè disper-  
sionis, & euerisionis Caluensis Vrbis antiqui-  
tatis Amici collegerant. Si verò typis impressa  
desiderat, in mentem iterum ei reduco, quod  
vltimum Cales exitium præcessit tempus, quo  
typis inuenta fuit, nam ingeniosa, perutilis, ac  
toto Orbi necessaria ars impressoria, vt refert  
Polidorus Virgilius *in libro de rerum inuen-  
toribus* in anno 1451. per Ioānem Guthimerg  
Germanum in Herlem Ciuitate Olandiæ pri-  
mum in lucem prodijt; deindè anno 1458. in  
Italiam introducta fuit per duos fratres simi-  
liter germanos, quorum unus Romæ, alter Vc-

ne-

netijs incolumatum posuit, & ut scribit Ioannes Antonius Summonte *Histor. Neapolitan. tom. 3. fol. 589.* Primi libri Romæ impressi fuerunt Tractatus de Ciuitate Dei, Diui Augustini, & Diuinę Institutiones Laetantis Firmiani. Hinc cum Caluenses tunc temporis varijs fortunæ procellis quaessati extarent, & successiuè usque ad nostra tempora minimè Caput extollere è Cœlo eis datum est; proprijs infortunijs oppleti, potius præsentes necessitates præ oculis habuerunt, quam prisca eorum gloriam, & famam! Posteris rescribere, & typis commendare cogitarunt; exteri verò cum ad eos pertinere res Caluenses non putauerint, vel proprię Patriæ, vel aliarum Ciuitatum actuali splendore fulgentium lubenter scripsierunt ut aliorum nota, & præfenti gloria sui labores magis relucerent. Si autem monumenta marmoribus commendata exposcit, hęc in durupta, & quasitate Cales ei remitto perquirenda; sub lapidum enim aceruo, quem nunc non sine lachrymis se præfert quondam inclita Caluensis urbs per plura de his monumentis inteniet. Restat igitur omnimodo dicendum, quod absque temeritatis nota dici nequit, quod S. Castus non fecit Cales Episcopus.

Hinc

Hinc ponendus est in Catalogo Episcoporum Caluenium primo loco Sanctus Castus, ut primus Cales Ciuitatis Episcopus; sicut etiam putò fore restituendos Calueni Ecclesiè multos alios Praefules, quos Ferdinandus Vghelius in sua erudita Italia Sacra posuit in Catalogo Episcoporum Calinulæ; ex similitudine forsitan ductus, quam habet Calensis Vrbs, quæ est nostra Cales, cum Calinensi Ciuitate, quæ est Calinula, seù vt vulgo dicitur Carinula; quem inuoluntarium lapsum, aperte ostendam in vita nostrorum Sanctorum, quæ fauente Domino in lucem, quam citius dabitur. Insuper etiam elumbem, & deficientem existimo seriem Episcoporum Caluenium ab Vghello adductam, etenim in Archiuo Curiæ Episcopalis Cales multos alios inuenimus Episcopos, quorum memoriam Vghelius non excitauit in suo Catalogo, & quidem manifestè appetit ex publicis monumentis ipsos fuisse Caluenses Episcopos.

Vt autem nostri Sancti Casti notitia, & idem clara, & absque vlla hesitatione ad Lectores perueniat, opere pretium duxi esse declarandum. Quot Sancti Martyres hoc nomine;

Ca-

Castus, insigniti in Ecclesia Dei venerantur, ne deinceps quis anceps esse possit de illius identitate. Sciendum igitur est, multos fuisse Sanctos Casti nomine nuncupatos, & de eis quatuor meminit Romanum Martyrologium, duo verò Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum, quorum nomina in Romano Martyrologio non extant. Et quidem longè diuersus est noster Sanctus Castus Caluensis ab eo, quem Romanum Martyrologium commemorat, sub die 22. Maij, in Africa cum Sancto Emilio passum; de quibus agunt etiam Usuardus Ado, & alij in die prædicta, Beda verò pridiè huius dici: & de his scribit quoque Sanctus Ciprianus in libro de lapsis, dicens, quod *Per ignem Passionis Martyrium consumarunt, & quod in prima congreSSIONe deuictos, deinde Dominus victores in secundo prælio reddidit, ut fortiores ignibus fierent, qui ignibus antecessissent.* Ab altero itidem diuersus est noster Caluensis Castus, similiter Episcopo, quem sub dic prima Iulij, Sinuesse cum Sancto Secundino martyrio coronatum, scribit Baronius in Romano Martyrologio. Diuersus quoque est noster Sanctus Præfus Castus, à tertio, quem in loco incerto

24 De Cultu Antiquo, & Recenti

certo, ibidem regimus sub die 4. Septembri pro Christo proprio sanguine purpuratum cum Sanctis Magno, & Maximo; & de eis agit Vſuardus, Baronius, & alij; A quarto similiter differt, qui Capuæ cum Sanctis Marcello, Emilio, & Saturnino sub die sexta Octobris pro Fide Catholica glorioſe occubuit; de quibus præter Romanum Martyrologium scribunt etiam Beda, Vſuardus, Ado, Petrus item in Catalogo libro 11. & alij: licet Cardinalis Baronius in annotationibus ad Romanum Martyrologium in prædicta die 6. Octobris lit. B. putet Sanctos Caſtum, & Emiliū, de quibus ac die agitur esse eosdem, quorum natalis dies commemoratur sub vigesima secunda Maij; vndē sic habet: *Quod autem ad Caſtum, & Emiliū spectat; cum hæc nomina noscantur esse Africanorum Martyrum, quorum natalis dies agitur vigesima secunda Maij; in eam facile inducimur opinionem ut existimemus hos esse eosdem cum illis; sed Capue etiam celebrari eorum celebritatem; quod Africani Episcopi tempore persecutionis, Vandalicæ, ex Africa pulsi, ad Campana littora appellentes, quas secum tulerint Reliquias SS. Martyrum, ibidem collocaſſent.*

*cassent.* Sed quicquid sit de identitate istorum Martyrum , certum est differre nostrum Sanctum Patronum ab his duobus , quos Romanum Martyrologium commemorat hisce diebus *vigesima secunda Maij, & sexta Octobris* ; nam in Capuana Ecclesia die *vigesima secunda Maij* agebatur officium de SS. *Casto, & Cassio Episcopis, & Martyribus* ; nec quidem commemoratione fiebat de SS. *Casto, & Emilio Africanis* qui Martyres tantum describuntur , non autem Episcopi , & insuper die *sexta Octobris* rursus natalis dies agebatur de alijs quatuor Capuanis Martyribus ; quippe qui diuersi à nostris Sanctis erant:nam si idem erant , cur duobus vicibus in anno agere officium de eorum die natalitio ? Videndus ergo est circa hæc , Michael Monachus in Capuano Sanctuario , & præcipue obseruanda sunt plura antiquissima Kalendaria , quæ ipse adducit , & erant in vsu in præcipuis Capuanis Ecclesijs , immò in tota Campania , etenim Capua præcis illis temporibus , suaque Ecclesia norma , erat cæterarum Campaniæ Ecclesiarum, ut potè antiquissima Metropolis , à cuius ritu , & rubricis ceteræ suffraganeæ Ecclesiæ totius Pro-

F uincie

uinciae exemplum accipiebant : Archiepiscopi enim ampliorem facultatem , quam nunc habebant, & Bullas quoque promotionis, & electionis ad Episcopatum suffraganeum electis , & promotis expediebant , & nedum ritum , & rubricas in officio obseruandas sanciebant, sed etiam terminos Iurisdictionis eis apponebant , vt patet in multis Bullis , & Constitutionibus adductis à dicto Michaeli Monaco in suo Sanctuario . Demum distinctus est, Sanctus Calvensis Episcopus à quinto, cuius memoria , vt refert Philippus Ferrarius in Catalogo Sacerdotum Italiæ, recolitur Beneuenti sub die septima Aprilis . Diuersus inquam est noster Sanctus Patronus à præmemoratis quinque Martyribus , nam iste vt indubitanter prætulimus in Aquabibensi primum, deinde in Sinuessana Ciuitate , quæ nunc Castrum Montis Dragonis dicitur Martyrium consumauit cum Sancto Cassio Episcopo Sinuessano , vt aperte legitur in eorum officio, lectione tertia in fine his verbis: *Nam et si uniuersi Sancti ubique sunt, & in omnibus possunt, specialiter tamen Castus, et Cassius pro nobis interueniunt, qui in nostris partibus supplicia pro Christi nomine pertulisse*

pro-

probatur. Illi verò in præcitatibus locis passi sunt, & prorsus in eorum actis de Aquabensi Ciuitate Scriptores silent, vbi nostri Sancti spectacula facti sunt Deo, & hominibus. Noster Sanctus Protector fuit Episcopali dignitate decoratus, & Cales vetustissimè Ciuitatis Præfulus; illorum verò præter Castum, cum Secundino passum, quena Secundinum Suessani Aranci suum Episcopum vocitare, nec alterum preferitur fuisse alicuius Ecclesiæ Præfulem.

Nec dicere liquet nostrum Sanctum Patronum fuisse confusum, vnum, idemque esse cum Sancto Casto, qui Sinuesæ itidem passus fuit cum Sancto Secundino; etenim iste gloriose pro Christo occubit Kalendis Iulij; noster verò Castus sub die vigesima secunda Maij martyrium consumauit, ille passus est sub Diocletiani, & Maximiani imperio circa annū 302. Castus verò Calvensis sub Nerone Imperatore, sanguinem suum pro fide fudit, & per consequens multis annis Castum, & Secundinum præcessit. Ille socium in Martyrio habuit Secundinū; nostro autem Casto consociatus fuit Castius. Patet ergò ex discrepantia loci, ex differentia temporis, ex diuersitate socij, & ex varia eoru-

dem Festorum celebritate , quod alter est , diuersusq; Sanctus Castus Calvensis Episcopus , ab eo qui cum Sancto Secundino Sinueslæ passus est . Neque dicant Sueßani Arunci , quorum Ciuitas nunc existit conspicua , quidem sub pri-  
fco nomine Sueßæ Aruncæ , seu Pometiæ , &  
sub dominio Magni Ducis de nobili familia  
Cordubæ ; Nostrum Sanctum Castum siue di-  
uersum , siue idem cum Casto Secundini socio  
fuisse suum Conciuem , & Sanctum Secundinū ,  
vel alterum ipsorum suum Episcopum , ex sola  
similitudine nominis ducti , quam habet Si-  
nuesla , cum Sueßana Ciuitate , ideoque nostros  
Sanctos Protectores passos in eorum Vrbe , &  
ex ea quoque ratione , quod Sueßæ parua vi-  
deatur Ecclesia Sancto Casto dicata , & memo-  
ria Sancti Secundini in eorum Ecclesijs vigeat .  
Non inquam hoc rationabiliter dicunt , ex his  
leuissimis coniecturis , nam eruditionem Anti-  
quarum rerum hac de re indicant non habere  
ingenij illis Sueßani , semper eleuati , & eruditissimi ,  
qui hoc autumant ; nam alia est Ciuitas  
Sueßana ab Vrbe Sinuesana . Aquæbimensis  
enim , & Sinueslanæ Ciuitates , de quibus fit mā-  
tio in passione nostrorum Sanctorum in Cā-  
pania

pania antiquissimis temporibus famosę erant,  
quarum Reliquiae nunc extant nimirum, ex Si-  
nuessæ Castrum Mōtis Dragonis; ex Aquabi-  
bensī verò oppidum, Acquauiua, nuncupatum  
propè Fornellum, & Venafrum, vt videre est  
penè Philippum Ferrarium *Lexicon Geogra-  
phic.* fol. 48. & *lit. A.* & *lit. S.* & de Aquabiben-  
si Ciuitate, ità etiam sentit Michael Monachus  
*in prædictato Capuano Sanctuario* fol. 507. *in*  
*annotationibus lit. B.* Quod autem in eorum  
Ciuitate reperiatur Ecclesia Sancti Casti no-  
mine nuncupata, & Sancti Secundini memo-  
ria vigeat, hoc nimis leue argumentum est ad  
probandum, quod supponunt, cum alijs Ciui-  
tatibus, & locis Campaniæ, Ecclesiæ eisdem  
Sanctis videantur dicatae, & deuotio erga San-  
ctū Castum siue vnum, siue alterum, & Sanctos  
Secundinum, & Cassium vigeat, neque per hoc  
ab eorum Populis venerantur, vt sui Conciues,  
vel Præfules. Non nego tamen, quod alias Sā-  
ctus Secundini nomine appellatus, potuisse  
esse Sueßæ Episcopus, & ex parte credo, & fa-  
uet etiam Cardinalis Baronius in Romano  
Martyrologio sub die prima Septembris, vbi  
meminit Sanctum Priscum Episcopum, qui

vnuſ

vnum fuit ex illis Sacerdotibus, qui in persecu-  
tione Vandalarum, ob Fidem Catholicam  
variè afflitti, & vetustæ nauis impositi, ex Afri-  
ca ad Campaniæ littora peruenierunt, & Chri-  
stianam disciplinam in ijs locis dispersi, diuer-  
sique Ecclesijs Præfecti mirificè propagarunt.  
Fuerunt autem socij huius S. Episcopi Prisci,  
qui Præsules extiterunt variarum Ecclesiârum  
Campaniæ, nimirum, Castrensis, Tammarus,  
Rosius, Heraclius, Secundinus, Adiutor, Mar-  
cus, Augustus, Elpidius, Canion, & Vindo-  
nius; potuit ergo iste Sanctus Secundinus inter  
hosce Diuos Præsules Campaniæ, à Baronio  
numeratus, esse Episcopus Sueßæ, quæ Ciuitas  
est in Campania posita, non autem Secundinus  
illæ, qui cum Sancto Casto Sinueßæ passus est  
Kalend. Iulij.

Sed tot, tantisque congruentijs ex parte reli-  
ctis, veniamus ad propria; Vita ipsa, & gesta  
gloriosa, atque pretiosa mors nostrorum San-  
ctorum Præfulum, eos diuersos facit à ceteris  
Sanctis eisdē nominibus nūcupatis, & luce me-  
ridiana clarior, legentibus patebit ratio, cur ipsi  
diuersi sint, atque aliij, ab alijs quorum vita, ge-  
sta, & mors non itidem se habent, immò si le-  
gatur

gatur eorum historia, videbitur quantum, & qualiter differat ab historia Passionis Casti, & Cassij Caluenium Protectorum; remitto igitur Lectores ad Scriptores vitæ ceterorum, de nostris autem Sanctis hic breuiter subscribo Compendium eorum gestorum, quæ ad verbū deprompsi ex lectionibus officij, quæ recitabātur in Capuana Ecclesia in die festiuo eorum natalitio vigesima secunda mensis Maij, & relatæ à Michaeli Monaco lib. citat. fol. 504. quæ sic se habent.

Hodierna die solemnitatem Beatorum Martyrum, fratres charissimi, Casti, & Cassij celebrantes, debemus potius invitari, quos colimus. His sunt namque viri triumphatores, qui terrena cordis desideria respuentes, ad æterna præmia peruenire meruere gaudentes. Sufficient ergo nobis ad profectum nostræ salutis, exempla Sanctorum Casti, & Cassij, qui propter adipisciendum Cælestè Regnum omnibus se Dominicis mandatis sponstè subdiderunt, & ita cunctis se legibus deuinxerunt Redemptoris, ut propter Almificam vitam, quam antea vixerant ad martyrij gloriam peruenire meruerint. Non enim tantum in illo tempore perfecerunt Preceptum

32 De Culeu Antiquo, & Recentii

pium Dominicum, quo pertulerunt Confessionis  
supplicium, sed optimum illis visum est secun-  
dum Christi Euangeliū vivere, ut Christi  
Passionibus potirentur. Valde quippe est con-  
gruum, ut initia bona fuissent, quorum finis est  
optimus consequutus. Castus namque à Castita-  
te nomen accepit, verè etiam Castus, quia casti-  
tatem dilexit, & pudicitiam amauit. Cassius  
verò qui odoriferum continet nomen, bene con-  
iunctus est Castitati, Cassia enim nomen est  
odoriferum; & sicut Cassiae radix profigua est  
medicaminibus corporum, ex qua Cassius est  
vocatus; Ità odoriferum nomen cum Castitate  
coniunctum proficiunt languoribus animarum.  
Postquam igitur Beatissimi Martyres Castus,  
& Cassius ad bonorem Episcopatus sunt nobi-  
liter sublimati totis viribus in Dei opere perse-  
uerantes, sicut luminaria in Cœlo, ità fulgebat  
in Mundo, ut etiam dæmonibus imperarent,  
& salutem animabus, corporibusque præberent.  
Videntes autem Pontifices Temporum, vel  
Idolorum, quod multi Populi crederent per eos  
in Dominum, fecerunt suggestionem Impera-  
tori (Neroni scilicet) de Sanctis viris Castro, &  
Cassio continentem hæc verba: Pijssimo Impe-  
ratori

ratori Pontifices Idolorum salutem. Si citoles  
verba, vel vestra potestas non subuenit Ciuita-  
ribus Campanie; omnes Dei nostri ad nibiliter  
redacti sunt à doctrina impostorum Casti, et  
Cassij, qui sub nomine Religionis Deos nostros  
derident, et ne scimus quam Sectam volunt in-  
troducere de nomine Iesu, quem Iudei crucifi-  
xerunt. Tunc Imperator bac audiens, exurgens  
de Tribunali subsellio, misit quendam crudelissi-  
mum Praesidem Campanie Ciuitatibus (qui  
scilicet Messalinus muniperabatur) bic veniens  
in Aquaniensem Ciuitatem, (ubi scilicet San-  
cti Praesules ut ad Dei gloriam, et suorum Pe-  
pulorum salutem se ab eorum infidijs preseru-  
rente, clam aufergerant, et se abdiderant) capie-  
quarere Beatissimos Dei famulos Castum, et  
Cassium. Cum autem presentati sunt Sanctissimi  
Castus, et Cassius ante conspectum cru-  
delissimi Praesidis intuēs eos corvo aspectu Pro-  
fessus dixit ad eos. Cuius vos iactatis esse potesta-  
ris, ut contra Deos nostros tam perfide peragis-  
tis. Per virtutem Deorum nisi consenseritis, et  
piissimis Deis nostris debita exhibatis obsequia  
diuersis penitentias, et cruciatus vos vitam finire  
faciam. Ad hæc verba respondentes dixerunt

G.

(San-

(*Sancti nimurum Episcopi*) *Tormenta tue in nomine Domini nostri Iesu Christi non timemus, sed valde ea despiciamus, Deas autem tuas nec colimus, nec adoramus.*

Hæc quæ sequuntur habentur in lectionario Ecclesiæ Caluensis supracitato, quibus videtur sequi narratio passionis Sanctorum.

*Sacerdotes hac audientes, istabant eos occidi, at Preses eis restitit, & præcepit Sanctos Presules in ignem mitti, à quo mirabiliter preservati, veluti inter amena prata delitiari mirabantur. Vnde Massalinus dentibus fremens, & tabescens cæcus factus est, ductusq; ad Apollinis Templum per eius Sacerdotes à Diis frustra humanum deprecabatur, quod mox Sanctis Episcopis orantibus recepit, ob prestigia autem, & magica opera hoc factum esse vocabant Idolorum Sacerdotes, vnde Preses pro recepto beneficio frustibus eos affigi iussit, gaudentibus perfidis Templi ministris, qui bonorem suorum Deorum, studebant promouere.*

Hæc alia rescribimus à lectione sexta ciudē officij Capuani supracitati, quæ itidem acta Sanctorum Casti, & Cassij continuare videntur.

Præ-

¶ Preses vero iussit eos duci ad Templum Apollinis, dicens: Si non adorant Deum Apollinem, gladio interficiantur. Ducti sunt autem Beatissimi Martyrum ad Templum Apollinis. Venientes autem ad Templum antequam intrerissem, oraverant sic: Tu Domine Deus omnipotens, qui es Trinus, et unus, pro cuius amore ducimur ad interficiendum, fac ut hoc Temptum ubi ingressi fuerimus, statim cum simulacris, quae in ipso sunt minicte, et ad nihilum redigatur, et postquam de hoc exierimus mortali saeculo Ecclesia conseretur ad gloriam, et laudem nominis tui, et omnes, qui hunc deprecatur ex quacumque necessitate cum oblationibus conuenient, siue pro infirmitate, siue pro ira Iudicis, siue pro remedio peccatorum, tu exaudies, qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivis, et regnas Deus per omnia secula seculorum. Cum hoc dixissent, vox de Caelo sonuit, dicens: Venite Fidelissimi dispensatores, percipite Regnum, quod scilicet optatis, et omnia quae petitis dabuntur vobis. Cum autem intrerissem Sancti Templum Apollinis. Cœcidit Templum cum omnibus simulacris, et opprefxit Præsidem, et omnes qui consenserant neci

G 2 San-

36 . De Cultu Antiquo, & Recenti

Sanctorum Sancti vero euasere illeſi, & fadus  
est in illa die magnus, & incolerabilis luctus  
omnibus cultoribus. Idolorum, ita ut venientes  
gladio, interficere volebant Santos.

Quæ subſcribo leguntur in lectionario Cal-  
uenſis Ecclesiæ, circa finem officij Sanctorum  
Caiti, & Calsij Patronorum.

Qui deinde Sinuęſam missi lapidibus extra  
portam cibriti sunt, plurimum tandem, & uiri  
tia tormenta subſtruxerunt, quibus constantissi-  
mè passis ab Idolatriſ gladio occisi sunt.

Ex lectione vero duodecima officij Sanctorum  
noſtrorum, quod Capuz, ut dictum eſt, re-  
citabatur habentur ſequentia.

Venientes autem Fideles, tulerunt Corpora  
Sanctorum, & cum bonore ſepelierunt in locis,  
ubi nunc praefiant beneficia omnibus inuocan-  
tibus ſe, adiuuante Domino noſtro Iesu Christo,  
qui eſt verus Deus cum Patre, & Spiritu San-  
cto in ſecula ſeculorum. Amen.

Concludimus igitur, quod ſi bene perpen-  
dantur geſta, & mors noſtrorum Sanctorum  
ProteCTORUM Caluenſium, & aliorum Marty-  
rum conuenientiunt cum illis in nomine, cui-  
ditiſſime patebit, eſſe ab eisdem diuersos, &  
incon-

intouchis fide renendum pluò, eos esse longè  
diuersos, ac alios ab istis, quorum memoriam  
hic excitauius.

Restat nunc dicendum, quod Corpora San-  
ctorum Casti, & Cassij prisci illi Campaniæ  
Christiani suscepérunt, & suum quique Popu-  
lus Præfudem in propria Ciuitate sepeliendum  
curarunt, Sinuessani nimurum Sancti Cassij  
corpus honorificè Sinuessæ sepelierunt, & Cal-  
uenes illud Sancti Casti in Ecclesia suo nomi-  
ne Cales dicata, deuotissimè condiderunt, quæ  
quidem Ecclesia adhuc, & si dirupta in vetusta  
Cales extat, licet crederem, non ità magnifi-  
cam, sicut nunc apparet ab initio erectam fuis-  
se, sed successivè, vel auctam, vel reedificatam,  
& in hanc, qua nunc cernitur formam reda-  
ctam esse, occasione Sedis Episcopalis, quam  
successores eius Episcopi in ea per multa secula  
habuerunt, ut patet ex fixa Episcopali antiquis-  
sima marmorea Sede, quæ in ea sita est, cù im-  
agine ipsius Sancti Casti primi eiusdem Ciuita-  
tis, & Ecclesiæ Episcopi; federunt autem Præ-  
fules Caluenes in hac sede usque ad tempora,  
quibus ex reliquijs vetustæ Cales, noua Cal-  
uenis yrbs à Landone ex Longobardis gen-  
tibus

tibus, ut rescribit Henchempertus ad 40. exedificata est, quæ ex Romanorum Colonia, ut habet Cainillus Pellegrinus in Apparatu antiquitatis Capuz fol. 441. & 442. post illius reedificationem tempore Ferdinandi Primi Regis Neapolitani anno 1460. ex eiusdem Regis dono, ac liberalitate transiit in dominium Vniuersitatis Capuz, id est refert Bartolomeus Fatus, & Pontanus in lib. I. de bello Neap.

Anno autem 965. scribit Iulius Cæsar Capacius loco citato, Pandulfo Longobardorum Principe Capua adueniente, sub Ioanne Decimo tertio Summo Pontifice, ad instantiam, & requisitionem Landoni Caetæ Ducis, è Simœla Sancti Cassij corpore iam capto per ipsius exercitum, & Templo quoque S. Casti Cales iam destructa illius corpus suscepsum fuit, & Caetam ambo corpora asportanda in mandatis, militiæ Officiales habuerunt; quod audiientes Caluenses, etsi dispersi, & dissipati, ac viribus infirmi eis obstiterunt; & cum tot tantoque exercitui vim impellere non posset, Nicolai Moforte domini Petramelariæ, strenui militis auxilio vni fuere, cuius ope vix Brachium Sancti Patroni, quod nunc in Cathedrali veneratur obtinere potuerunt Caluenses, vnde Nicolaus

laus predictus Petremelariæ populis sibi subditis ob ratum beneficium, à Caluensibus obtinuit immunitatem, & franchitiam à Pedagijs, & alijs oneribus, quibus in eorum territorio ceteri sunt obstricti; necnon ab eam rem idem populus Petremelariæ singulis annis festiuitati Santi Casti interuenit medo, & forma, qua supra exarauimus ad custodiendam sacram Reliquiam in præcitatæ facti memoria, cuius Immunitatis ab oneribus supradictis, & juris custodiendi, & associandi Sacrum Diui Casti Brachium aiut Petremelarienses habere authenticum privilegium, publico instrumento rogatum, & de eo viridis usque ad nostra tempora viget obseruantia; videri tamen hoc privilegium non potest, et si pluries requisita fuerit Vniuersitas Petremelariæ, vt illud dignaretur Illustrissimo Episcopo Caluensi ostendere ad finem illud exarandi in nostra historia; vnde in suspicionem facile inducor, illud non extare, sed tantum ex traditione, & vetusta obseruantia, tales immunitates, & ius præscriptū nunc Populum Petremelariensem habere, ob præfatam causam,

Captis igitur SS. Sacris Corporibus per diuum

etum Landonem, & Caetam delatis, ac per eundem Ioannem XIII. in sub corpore Cathedralis Ecclesie eiusdem Civitatis repositis, dicitur usque ad nostra tempora cum corpore Divi Erasmi, & aliorum Sanctorum ibi ea recolere Caetanum populum, et si non desint, qui aiunt in progressu temporis fuisse eorundem nostrorum Protectorum Corpora, iterum à Caeta asportata, & illud Sancti Casti in Cathedrali Caluensi nunc esse repositum, illud verò Sancti Cassij Suecæ Pometiae reconditum: & quod Caetæ, vice Corporum Sanctorum Casti, & Cassij, requiescant Corpora Sanctorum Casti, & Secundini, qui Kalendas Iulij ab Ecclesia continentur. Hoc autem cum aliud fundamentum non habeat, nisi meram vulgarem traditionem, ego affirmare non audeo; Scriptores enim de hac ultima translatione omnino silent, & illam scripsi talem qualis **Vulgus** vocat.

Quod autem attinet ad acta nostrorum Sanctorum, quæ retulimus passim in hac enarratione, puto illa esse recipienda, ut sincerissima, & omni fide digna: etenim præter citatos Autores, Kalendaria, & Officia adducta, Cardinali Cœsar Baronius vir huiusmodi eruditissimus

SS. MM. Casti, et Cassij Episcoporum. 41

bus clarissimus, qui Annalia vniuersae Ecclesiæ à Christo nato scripsit tam elegantissime, atque eruditissime, ut nihil est, quod in eis defiderari possit, testatur in annotationibus ad Romanum Martyrologium sub die prima Iulij lit. E. circa finem, penes se habere acta nostrorum Sanctorum Casti, & Cassij, his verbis;

*Habemus ab ea coramdem Martynum incerte Authore, quæ accepimus ab Ecclesia Cisterciensi; est illarum exordium, Postquam Beatisimi, &c. & sermonem de agilam, cuius est exordium.*

*Hodie solemnitas eius, qui quidem sermo existimo esse isdem, qui antiquitus recitatatur in Capuana Ecclesia in nostrorum Sanctorum officio, sub die 22. Maij diuisa in tribus sectionibus, relatis à Michaelo Monaco in Sanctuarii Capuano fol. 504. quæ ipse ait, leguntur in Breuiario Capuano, quod in Arca Capitulari asservatur, & habent idem initium, incipiunt enim ex eisdem verbis, sicut incipit canticus sermo à Barozio, nimirum, Hodierna die solemnitatem, &c. & videntur esse eadem letiones, quæ sunt quaque in Kalendario, & officio Caluensi à me similiter citato, licet in paucis diuersæ, continent etenim aliqua parti-*

H cula-

cularia circa vitam, & passionem Sanctorum  
Protectorum Casti, & Cassij, quæ defunt in  
præcitatibus lectionibus officij Capuani, in initijs  
verò omnino conuenienti. Atq[ue] verò, quæ Baro-  
nius dicit penes se habere, non est dubium, quod  
ad verbum conueniunt in initijs cum lectioni-  
bus sequentibus, ne darwin officio Capuano,  
verum etiam Caluenisi, quæ tamē licet inter  
se usque ad verbum unum non discordat,  
sunt tamen pauca addita in lectionibus Cal-  
uenisi Kalendarij, seu officij, ex quibus tamē  
simul iunctis videtur prosequi, seu reintegra-  
ri Sanctorum Passionis historia, ut videre est  
in ipsis Compendio nuper à me allato, & à  
lectionibus utriusq[ue] officij simul iunctis com-  
pilatos, habent ergo & adha citata à Baronio, &  
lectiones tum Caluenisi, tum Capuani officij,  
idem initium nempè Postquam Beatisimi Mar-  
tyris, &c. Ergo nefas non est dicere, quod sunt  
cadent, & quod in corpore præfatorum acto-  
rum reperiatur, idem quod extat in dictis lec-  
tionibus viriusque Breviarij, Tantò magis  
hoc mihi persuadereo, quod lectiones memora-  
torum Breviariorum exaratae videntur in plu-  
ribus antiquissimis Kalendarijs diuersarum

Eccl-

Ecclesiarum Ciuitatis Capuanæ, vt habet idem Michael Monacus, & etiam in Kalendario Caluenſi, & in quodam Codice Ecclesiastico-rum Rituum Caietanæ Ecclesiæ, à qua Baro-nius accepit acta, quæ ipſe meminit, & cum contineant veriſſimam nostrorum Sanctorum Pàſſionis historiam, vſu recepta fuerunt à pràdictis Ecclesijs, & adaptata à priscis illis Episcopis, & Sanctis Præſbiteris ad vſum lec-tionum, quæ recitari solent in Diuinis Offi-cijs per agendiſ, ſacrifisque Horis Canoniciſ.

Nec affirmare dubitarem pràfata acta fuif-te eadem, quæ ex Petri Diaconi testimonio Bibliotecarij Cassinensis in lib. de viris Illuftri-bus Cassinensibus cap. 32. fol. mibi 79. ſcripsit Venerabilis Gregorij Terracinæ Epilcopus; ſic enim habet Petrus Diaconus loco citato: Gre-gorius Terracinenſis, Paruulus eꝝ ipſe in Caſtio oblatus, memoria tenax, ingenio vītāx, rā-ta fuit grauitatis, ſuauitatis, eꝝ eloquentie, ut à nonnullis columna diceretur Ecclefia. ſcripsit Paſſionem Sanctorum Casti, eꝝ Cassij, eꝝ c. Et poſt pauca ſubiunxit: Cantus Sancto-rum Casti, eꝝ Cassij, eꝝ Hymnus eorum quo-que ſcripsit. Idem testatur Author annotatio-

num in dictum librum his verbis: *Acta Sanctorum Casti, & Cassij, qui Episcopi habentur, & coluntur à Soranis, scripta fuisse à nostro Gregorio, dum Monasticum habitum gererat, testatur Cardinalis Baronius in Martyrologio Romano ad diens primana Iulij.*

Nomen verò Sanctorum nostrorum Protectorum adeò obscurum non est, ut vetustate, & antiquitate penitus sit deletum, & in oblivionis tenebras omnino reperiatur per Scriptores repositum; nam adhuc nostris temporibus legitur apud recentiores Scriptores. Ferdinandus enim Vghellius in Sacra Italia tom. 6. fol. 349. eos meminit, & loquendo de fide, quam Sanctus Priscus Diui Petri Apostoli, immò Domini nostri Iesu Christi discipulus. Capuæ plantauit, sic scribit: *Semel planeatam Fidem, in persecutionum rabie, sive labore, sua sanguine, cunstabilierunt Marcellus, Emilius, Saturninus, Castus, & Cassius, & alij, &c.* & Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorū, qui non extant in Romano Martyrologio de eis sic habet. *Die vigesima secunda Maij Sanctorum Episcoperum, ex Martyrum Casti, & Cassij, & inter ceteros insignis Iuris Consul-*  
tus

etus Neapolitanus Blasius Altimarus, nobilitate, & generis antiquitate conspicuus, de Adimari enim Florentina nobili familia originarius est, ut per plura authentica documenta indicant, doctrina, & pietate in hac nostra Civitate notus ad praesens, de nostris Sanctis agit in suo erudito, & laborioso opere, quod præ manibus habet, & in lucem quam primum etrusca lingua dabit sub titulo: *Le Glorie, ò vero Felicità del Regno di Napoli;* Quod quidem opus futurum spero, ne dum piæ fidelium curiositati gratum, verum, & uniuerso nostro Neapolitano Regno profiguum, ac singulis eius Civitatibus, & oppidis singulare præbebit ornamenatum, & decus: In illo n. opere preter memoriam, & acta Sanctorum, qui in peculiani loco Regni orti sunt, in lucem etiam prodiet omniam virorum notitia, qui Neapoli, & in toto Regno illustres fuerunt, tum scientijs, tum dignitatibus Ecclesiasticis, & Forensibus, tum etiam militaris armis strenujs de cunctis adamassim, & sigillatim ageret in pluribus distinctis voluminibus. Qui quidem eruditissimus labor, Authoris pietatem, eruditionem, ac suorum operum legalium iam impressorum

do-

doctrinam, & excellentiam solidabit, confirmabitque, ad Dei, & nostri Regni gloriā, & honorem.

Quod autem ad Cultum Sanctorum Casti, & Cassij pertinet, manifestum, ac patens est ex dictis, quod antiquissimus, & recens est. Antiquissimus quidem; nā nedum Cales, & Soræ, vbi tanquam Patroni venerabantur priscis illis temporibus vigebat, verum etiam in tota Campania Felici, immò in Capuana Ecclesia cultum eorum, legitimus fuisse principaliorem, etenim in multis, plerisque Kalendarijs diuersarum Ecclesiarum, notatur festivitas Sanctorum Casti, & Cassij sub die vigesima secunda Maij, & eorum officium recitabatur cum duodecim lectionibus, vt an illo tempore fieri solebat in principalioribus festivitatibus. Quæ omnia videri possunt apud præfatum Michaelem Monaco in suo Sanctuario Capuano. Recens autem est ipsem nostrorum Sanctorum Cultus in Capuano territorio, nam Paulus Regius Vici æquensis Episcopus, vir in hoc rerum genere eruditissimus in *Vitis Sanctorum Regni Neapolitani* par. 2. fol. 944. scribit, Capuae esse celebrem memoriam Sanctorum Casti, & Caf-

Cassij Christi Domini Martyrum, & de eis quoque meminit. *i. parte suorum operum in Catalogo lit. C. m. C. l. v. 1. 1. 1. 1. 1.*  
Antiqua igitur, & recens est memoria, & cultus pariter nostrorum Sanctorum Casti, & Cassii; quamobrem merito ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino D. Vincentio de Sylva hodierno Episcopo Caluenisi, feruentiori modo excita est eorum veneratio, tum in populo Ciuitatis, tum Dioecesis; ita nimirum ut cultum, quemam immemorabilis, & continentia traditione a priscis Caluenibus Ciubus recentiores didicerunt praestare Divis Patronis, continuata pietate, ac perenni obseruantia custodire, & ad posteros suo exemplo transmitterent. Hinc præter festiuitatem, quam solemniter Caluenes soliti sunt ex ævo quotibet anno in eorum honorem, die vigesima secunda Maij celebrare iussit Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Episcopus prefatus, ut ne dum R.R. Canonici Cathedralis Ecclesiae, verum & totus Clerus Dioecesanus in Missis, & Officijs tanquam de Patroinis per annum ageret de nostris Sanctis commemorationem, cum tamen Breuiarij, & Missalis

salis Romani rubricæ exigunt ad hoc, ut quam assiduè fieri possit, eorum Patrocinium imploretur, ac ut Tutelares, & presentissimi Patroni venerentur in posterum, sicut antiquitus fiebat. Quodque cum audisset zelantisimus Pastor, à nonnullis è Clero Caluensi intermitti, peculiaribus sanctionibus in Dioceſana synodo iussit fore reassumendum; ut videre est in Constitutionibus synodalibus iam impressis, *nimirum anni 1681. in decreto cuius initium est. In Missis celebrandis Ep̄c. & anni 1682. Decreto XI. titulo cum Sanctorum, Ep̄c. &c tandem in synodo anni 1680. festione 2. cap. 1. præcepit diem festum Sancti Casti Episcopi, & Martyris principalis Patroni Tutelaris, celebrari cum omni solemnitate, etdemque suæ festivitatis die Populum Ciuitatis, & Dioceſanum ab operibus seruilibus abstinere voluit; ac Missæ sacrificio interesse ordinavit, sicut in alijs solemnitatibus Dominicas, & festiuis Ecclesiæ Vniuersalis diebus.*

*Quod si quis dubitaret an legitimè, & juris ordine seruato, predicta fieri possint, & in futurum continuari debeant, stante quod de predictis Sanctis non appareat Canonizatio, neque*

ex-

expressa Sanctæ Sedi Apostolicæ facultas, inferius manifestè eius hesitationem tollam. Dicat igitur scrupulosus, praedicta præcipi propria autoritate ab Episcopo non posse, sed obtinendam esse facultatem Sanctæ Sedis Apostolicæ, cum in his limitata sit ei facultas; eo fortius, quod aduersari videntur decreto Sacre Congregationis Rituum in principio Breuiarij Romani impresso, quod sic se habet. *De Sanctis Episcopis locorum, Martyribus, Ciubus, &c alijs festis, de quibus in Kalendario Romano, seu rubricis Breuiarij nibil habetur, &c. nibil constituatur propria auctoritate, sed omnino consulatur Sacra Rituum Congregatio.*

Insuper aduersantur quoque alio decreto dictæ Sacre Congregationis emanato sub die 23. Martij 1630. & ab Urbano VIII. approbato, relato per P. Bartoloméum Gauantum in Rubric. Breuiarij sect. 3. cap. 12. nimirum, quod non possunt eligi in locorum Patronos, nisi tibi Sancti, quos veneratur Ecclesia universalis; Et ideo cum predicti SS. Castus, & Cassius venerentur tantummodo in Ciuitate Caluenisi, eiusque Dicreesi, ac in alijs paucis Campaniæ locis, & non in Vniuersali Ecclesia dubitari

potest, si, vel nè cultus prædictus eis à Caluen-  
sibus præstitus, & de recenti restitutus sit legi-  
timus, & iuris dispositioni conformis.

Ego tamen rem istam cum aliquibus Theo-  
logis Sacrorum Rituum eruditis, benè perpen-  
di, & cum ipsis concludendum putaui. Decre-  
ta illa, non habere locum in cultu, & venera-  
tione Sanctorum Casti, & Cassij, de quibus li-  
cer non habeamus expressam Canonizationem,  
& electionem in Patronos Caluenses, tamen  
quia ab immemorabili tempore, non modo  
ante prædicta decreta, sed ab initio nascentis  
Ecclesiæ, eorum Cultus viguit in Campania,  
in qua semper actum est de eis officium, cum  
Missa, & non est memoria hominis in contra-  
rium, quæ nobis præferat SS. Castum, & Cas-  
sum aliquo antiquo tempore non fuisse vene-  
ratos tanquam Patronos; hinc cum eoru Cultus  
non fuerit interuersus, neque abolitus à  
Pontifice Maximo, videtur intercessisse præ-  
sumptam facultatem. Præterquam quod Cul-  
tus recens nostrorum Sanctorum non est de  
novo introductus, neque eis nouus Patrono-  
rum titulus datus, sed tantum in Officio, &  
missa restitutus est eis honor altioris ritus, sicut  
anti-

antiquitus habebant, & nunc congruebat iuxta Rubricas Missalis, & Breuiarij Romani, qui quidem ritus secundum partem videbatur per Clerum Calvsem Sac. Rituum inexpertum intermissus: itaque contrauentum non est primo adducto decreto, nam de Cultu debito Patronis, aperte agunt Rubricæ, quas ego superius adduxi: præscribitur enim in prædicto decreto ne inconsulta S. Cōgregatione de Sanctis Episcopis locorum aliquid constituatur, de quibus in Kalendario Romano, vel rubricis Breuiarij nihil habetur. Sed de Patronis habetur Rubrica in Breuiario Romano præscribens Ritum in Officijs, & Missis eorum. Ergo prædicto decreto contrauentum non est, cum iuxta Rubricas nostris Sanctis est restitutus honor altioris ritus eis debitus tanquam Patronis. Nec factum est contra secundum decretum, nam illud fuit emanatum pro futuris electionibus nouorum Patronorum tantum, quod clarè patet ex verbis ipsis decreti nimis: *In electionibus Patronorum mandauit infrascripta in posterum seruari debere, & circa finem habentur hæc alia verba: Tertio, quod cause electionis nouorum Patronorum debeant*

I 2 in

44 De Cœli Antiquo; & Recenti:

in Sacra Congregatione deduci: ex quibus patet, quod lex ex sui natura ad futura dirigitur, & non extenditur ad præterita, ex text. in l. leges, & Constitutiones VII. Cod. de Legibus; quod sic se habet: *Leges, & Constitutiones futuris certum est dare forma negotijs; non ad facta præterita reuocari; nisi nominatim, & de præterito tempore, & abduc pendentibus negotijs cautum sit.* Vbi Baldus. *Natura legis est disponere de futuro, non de præterito; ac proinde cum Sancti Castus, & Cassius tanquam Patroni venerati fuerint ante prædicta decreta, ne dum Cales, & Sorœ verum, & in alijs Campaniæ locis; nec eis de nouo Patroni titulus sit attributus, et si ob imperitiam Sac. Rituum aliqui de Clero Caluensi per aliquot annos debitū altioris ritus honorem eis in Officio, & Missa non præstauerint, nihil de nouo videtur esse constitutum in prædictis Synodalibus Constitutionibus, sed tantum congruens, & priscus cultus, Sanctis est meritò restitutus; ac per consequens nihil contra prædicta decreta auctum est, cum omnia iuxta Ritum, & Rubricas Breuiarij, & Missalis Romani per Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum Episcopum sint*

præ-

præscripta, & ordinata. Non ergo opus fuit, nec interest denuò ad Sacram Rituum Congregationem pro noua facultate in præmissis obtemenda recurrere; sed licet, & absque scrupulo continuari potest Cultus, & Ritus præscriptus tūm in Officijs, tūm in Missis nostrorum Sanctorum, juxta Synodales Constitutiones emanatas in Ecclesia Caluenisi. Fauet huic Conclusioni, Constitutio Urbani VIII. Summi Pontificis, incipiens: Sanctæ, & Cœlestis Hierusalem, &c. & altera Gregorij XIII. incipiens: Emendato Kalendario, &c. ut in Rubrica prima Breuiarij, &c.

Hæc ex plurimis authenticiis monumentis omni, qua potui, breuitate scripsisse sufficiat, ut Cultum tūm Antiquum, tūm Recentem nostrorum Sanctorum Casti, & Cassij indicem, & legentium animos ad eorum inuocationem inuitarem, ac ad venerationem allicerem; maiora, pluraq, si Deus dederit scripturus in eorumdem Vita, quam in lucem cum primū prodiet. Vos igitur SS. Preſules, & Christi Domini Martyres gloriosi, è Cœlo exiguae hasce meas elucubrationes benignè suscipite, præcibusque vestris Deum rogate, vt meam

46. De Calou Antiquo, & Recenti

vitam inter varias mundi huius procellas ad  
eternum gloriae portum dirigat, & Illustris-  
simum, ac Reuerendissimum Dominum ho-  
diernum Episcopum Caluensem, eiusque Po-  
pulum, ab omni periculo mentis, & corporis  
mecum incolumes vestra protectione custodi-  
re dignemini. Amen.

In calce huius opusculi, placuit mihi Lecto-  
ris curiositatem exhaustare, nimirum occasione  
ei palam facere, cur ego qui Afragolæ in Ne-  
politana Diocesis sum ortus, & Neapoli ab  
infantia educatus inter plures, variasque meas  
quotidianas occupationes, de Sanctis Casto, &  
Cassio, qui in Caluensi Ciuitate coluntur, &  
non potius de aliquo Sæcto Neapolitano scri-  
bere voluerim: & qua occasione Illustrissimū,  
& Reuerendiss. Dom. meum D. Vincentium  
de Sylua Episcopum Caluensem cognouerim,  
& meruerim eius patrocinium obtainere, ac ab  
ipso tot mihi collatos honores recipere. Scias  
mi Lector, quod de anno 1678. vacauit quod-  
dam simplex beneficium sub Titulo S. Franci-  
isci de Assisijs in Altari maiori Cathedralis Ec-  
clesiae Caluensis eratum, de iure patronatus  
familiae de Granato dictæ Terræ Afragolæ,  
quod

quod mihi à prædictis Compatronis fuit collatum , sed cum magna lis in expeditione Bulgarum , & eiusdem possessione ora esset inter me,& alium prætensorem post multa acta tunc in Curia Caluensi , tunc Romæ apud Sanctam Sedem Apostolicam , demum prædictus Illustriſ. Dominus Episcopus Caluensis iustitiae complementum , quod anteā à prædecessore suo habere non potui, gratiſſimè mihi fecit per causæ expeditionem , & diffinitiuam sententiam , ac Bulles opportunas benignissimè mihi expediuit sub die vigeſim aquarta mensis Aprilis anni 1681. & pacificè dicti ſimplicis beneficij possessionem accepi die 25. dicti mēsis , & anni. Ob igitur ſpeciales fauores , & ſingularē gratias , quas humanissimè præfatus Illuſtriſ. Dominus mihi in hac occaſione eſt elargitus, ego meam ei exiguam feruitute tradidauī, quam gratanter ipſe accepit , & ſub ſuo patrocinio dignatus eſt me recipere , ac pluri- bus honorib⁹ contra meritū aſſicere; optaſ autem zelantissimus Præſul ut ſibi aliqua da- retur notitia de aetis , & identitate Sanctorum Casti , & Celsij ſui Epifcopatuſ Patronoruſ , quam e Caluensi Clero habere nō potuit, præ- cepit

49. *De Cultu Antiquo, & Recenti*

cepit mihi ut hanc prouinciam susciperem ; ad  
investigarem Scriptores antiquos, qui de ipsis  
agerent : volens igitur meo Præfuli obtempe-  
rare , grauissimum onus super meos humeros  
imposui , quod tandem si ut debui exhaustui  
tu vide Lector . Vnum tantum te volo admoni-  
tum , quod in rebus istis , quas elucubraui de  
Sanctis Casto , & Cassio non aliam fidem , tu  
velis habere , nisi quæ Scriptoribus , traditioni-  
bus , & similibus à me adductis monumentis  
præstari solet : etenim nullam Ecclesiæ specia-  
lem approbationem habent ; ideoq; tūm in his ,  
quæ in præsenti Opusculo exaraui , tūm in alijs  
meis rebus , Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ  
Romanæ correctioni , emendationi , & iudicio  
me tanquam verum Catholicum , & fidem  
Christianæ fidei Sacerdotem subscribo , subij-  
cia , & submitto .

F I N I S.

I N-

I N D E X P A M T H O R V M,  
& Librorum, ex quibus de promptum est hoc  
opuscolum, vel qui in eo referuntur.

A Do.

A Beda.

Breviarium Romanum.

Breviarium, seu Kalendarium Capuanæ Ecclesiae.

Breviarium, seu Kalendarium Calvensis Ecclesiae.

Breviarium, seu Kalendarium Gaietanae Ecclesiae.

Bartholomæus Fatius.

Bartholomæus Gauantus.

Blafras Altimarus.

Cathillus Pellegrinus.

Cœsar Cardinalis Baronius.

S. Cyprianus Martyr.

Ferdinandus Vghellius.

Gregorius Terracinensis Episcopus.

Herculempertus.

Ioannes Antonius Sutamonte.

Iulius Ceasar Capacius.

Libri existentes in Archivio Calvensi.

Michael Monaco.

Paulus Regius.

Petrus Diaconus Caffinensis.

Philippus Ferrarius.

Polidorus Virgilius.

Pontanus.

Romanum Martyrologium.

Vsiardus.

K

N-

INDEX  
RERVM NOTABILIVM,  
quæ in præsenti Opuscole  
continentur.

**A**cta SS. Casti, & Cassij scripsit Gregorius  
Terracinensis Episcopus, fol. 11.43. ex  
sequenti. penes se testatur habere Cardua-  
lis Baronius, fol. 41. conseruabantur in Ca-  
rietana Ecclesia, ibidem conueniunt cum le-  
ctionibus Breuiarij Capuani, & Caluenisi,  
fol. 42.

Antiqua Cathedralis Caluenisi insignita titu-  
lo Sancti Casti, fol. 2. ex 10.

Aquabibensis Ciuitas posita erat in Campania, fol. 29.

Archiuum cum Curiæ, cum Canonicotum  
Caluenis dissipatum, fol. 7.

B

**B**lasius Altimarus scribit de SS. Castro, &  
Cassio, fol. 45. eius generis nobilitas, ac  
doctrina commendatur, ibidem.

Caluum

## NOTABILIVM:

Caluensis Ciuitas antiquitus, Calos dicebatur, fol. 1. erat insignis Colonia Romanorum, ibidem. & fol. 14. erat populo numerosa, fol. 15. pluries parva est. exitium,

fol. 18. fuit redificata nouissime à Landone Longobardorum Principe, fol. 37. recipit fidem à Diuo Petro Apostolo, fol. 2. & 16. habet Proectors SS. Castum, & Cassium, fol. 2. & sequentibus transiit in dominum Universitatis Capuz, fol. 38.

Caluenses dissipati, fol. 18. & 21.

Capuz celebris memoria antiquitus fuit SS. Casti, & Cassij, fol. 25. 31. & 46.

SS. Castus, & Cassius Protectores Caluensis Ciuitatis, fol. 2. & 7. eorum festiuitas semper fuit celebrata cum solemnitate, fol. 2. & 9. in die eorumdem festiuo celebratur Synodus Dioecesanus Caluensis, fol. 3. ipsorum imagines Episcopali more induitae videntur Sorze, fol. 4. venerabantur tanquam Patroci in Ciuitate Sorze, fol. 6. & 30. fuerunt Episcopi, fol. 11. & sequentibus in Aquabi-

## INDEX RÆRVM

bensi Ciuitate capiuntur ab Idolatris, f. 33.  
à Præside increpantur, & intrepidè ei re-  
spondent, in ignem mittuntur, & Messali-  
no cœco humon obtinent, *ibidem*. fructibus  
affliguntur, f. 34. ad Templum Apollinis  
ducuntur, fol. 35. orant ad Dominum, &  
eorum præcibus Templa Idolorum ruit,  
*ibidem*. Sinueslam asportati plumbum, ac ulia  
tormenta patientur, & extra eius portam la-  
pidantur, deinde gladio occiduntur, f. 36.  
sepeluntur honorifice, *ibidem*.

S. Castus fuit primus Præfus Cales, fol. 1. 10. et  
sequentibus. probatur rationibus, fol. 17. e<sup>o</sup>  
sequentibus diversus est, ac alter ab alijs Sä-  
ctis, qui hoc nomine nuncupantur in Ro-  
mano Martyrologio, fol. 23. e<sup>o</sup> sequentibus.  
passus est in Aquabensi Ciuitate, & Si-  
nueſſe martyrium consumavit, fol. 13. e<sup>o</sup>  
36. sub Nerone Imperatore, fol. 27. est Pa-  
tronus principalis Caluenſis, fol. 2. 7. e<sup>o</sup> 8.  
eius brachium veneratur in Cathedrali Cal-  
uenſi, fol. 2. e<sup>o</sup> 15. eius imago in altari ma-  
jori dictæ Cathedralis, fol. 15. vetus Tem-  
plum, & Cathedralis eius nomine insigni-  
ta, fol. 2. e<sup>o</sup> 10.

Cos-

## NOTABILIVM.

**C**orpora Sanctorum Casti, & Cassij honorifice  
sepeliuntur, fol. 36. & seq. è Sinuella, & Ca-  
les Caietam asportantur, fol. 38. collocan-  
tur in subcorpore S. Erasmi, fol. 40. dicitur  
suisse à Caieta iterum asportata in Ca-  
thedralē Caluensem, & Sinueflanam. *ibidem*.

**C**ultus SS. Casti, & Cassij antiquus Capuæ,  
fol. 25. et 31. item Cales, fol. 5. et 13. item  
Sore, *ibidem*. eis legitimè restitutus cum  
honore altioris ritus ab Illustrissimo Dom.  
D. Vincentio de Sylua, fol. 5. 47. et seq.

### F

**F**abij Maranta Episcopi Caluensis libri Vi-  
sitationis Dioecesis continent monumé-  
ta plura de SS. Casto, & Cassio fol. 7. & se-  
quentibus item fol. 14.

**F**erdinandus Primus Rex Neapolis dōnas do-  
minum Ciuitatis Caluensis Vniuersitatis  
Capuæ, fol. 38.

**I**nnuarius Philamarinas Episcopus Caluch-  
sis benè affectus nostro Hispano Regi. f. 20.  
ciius Palatium Episcopale à populo seditio-  
so inuaditur. *ibidem*.

**I**oannes XIII. Summus Pontifex Corpora SS.

Ca-

## INDEX RERUM

**C**asti, & Cassij Caeræ in Cathedrali collo-  
cat, fol. 40.

## L

**L** Andonus ex Longobardis gentibus ex  
reliquijs vetustæ Cales nouum Calidum  
reecificat, fol. 37.

## M

**M**emoria SS. Casti, & Cassij feruentius  
excitata ab Illustrissimo Dom. D. Vin-  
centio de Sylua Episcopo Caluensi, f. 47.  
Mesalinus Campaniæ Præfector, fol. 13. et  
33. cœcus factus, f. 34. à SS. Casto, & Cassio  
lumen recipit, ibidem. eos fructibus, & alijs  
martyrij generibus affigit, ibidem. sub di-  
ruto templo moritur. fol. 35.  
Monumenta antiqua Ecclesie Caluensis de-  
perdita, fol. 7. 19. et 20.

## N

**N**icolaus Monforte strenuus miles, Pe-  
tremelarij dominus Brachium Sancti  
Casti recuperat. fol. 39. ob id populo Petre-  
melarij immunitatem à Pedagijs obenet  
à Caluensibus, ibidem.

Offi-

## NOTABILIVM.

**O**fficium duplex antiquitus recitabatur  
in Ecclesia Caluenſi in die SS. Caſti, &  
Caſſii, fol. 3. ritus aktioris classis restitutus  
dicitur Sanctis in die festiuo eorum, fol. 5. ex  
ſequenti.

### P

**P**andulfus Longobardorum Princeps Ca-  
puam adiit, fol. 38.  
**D**. Petrus Apoſtolum Cales transiit, fol. 16. fi-  
dem Caluenſibus euangelizauit, fol. 1. et 16.  
**S**. Caſtum Cales Paſtorem poſuit, ibidem.  
**Petræmelariæ** populus concurrit ad celebra-  
dam festiuitatem S. Caſti, fol. 3. immunis est  
à Pedagijs in territorio Caluenſi, fol. 39.

### S

**S**ora Ciuitas tenet Protectores SS. Caſti,  
& Caſſium, fol. 3. et 6. celebrabat eorum  
festiuitatem cum ſolennitate, fol. 4. libera-  
tur ab inſidijs inimicorum Protectione San-  
ctorum Caſti, & Caſſii, fol. 5. in reius arce eſt  
Templum dicatum dictis Sanctis. ibidem.  
**Sinuessa** Ciuitati præfuit S. Caſſius, fol. 10. ex  
13. ibidem martyrio coronati sunt S. Ca-  
ſtus, & Caſſius, fol. 13. item S. Caſtus, & Se-  
cundinus, fol. 23.

Si-

## INDEX RERUM.

Sinuessa differt à Sueſſana Ciuitate, fol. 29. erat  
pōſita vbi nunc est Caſtrum Montis Dra-  
gonis, fol. 26. & 29.  
Sueſſæ Pometiæ non fuerunt Episcopi SS. Ca-  
ſtus, & Caſſius Pattoni Caluenſis, fol. 28.  
Synodus Caluenſis Ecclesiæ celebratur in die  
S. Caſti, fol. 3.

**T**emplum Vetus in diſrupta Cales in ſigilli-  
tum titulo S. Caſti, fol. 2. & 10.  
Templum Apollinis corruir otationibus San-  
ctorum Caſti, & Caſſij, fol. 35.

Typis inuentio, fol. 20.

## V

D. **V**incentius de Sylua Epifcopus Caluē-  
sis. Commendatur eius nobilitas,  
doctrina, & zelus, in litera dedicatoria. re-  
ſtituit priſcum Cultum SS. Caſto, & Caſſio,  
fol. 5. 47. & ſequentibus.

## FINIS.





88 2 38

*Conrad*

Vitt.

1

2